



## Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Feria VI. Cinerum. 3. Omnem ab inimicis perpressam injuriam ex corde  
iisdem condonare obligamur, quia id nobis à Deo præceptum est: Estque  
hæc remissio acto gloriosissima inter omnes quas facere ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

causa tunc miser peccator aliquis gravissimus, daturus, scilicet latro, homicida, concubinariis, omni que imaginabili iniquitatis specie conquisitus, compassione in corde tactus, et adque charitate motus, ob zelum salutis cordis, magis verò ob timorem, quo animam illam damnat, metuit, ad ei subveniendum accurrat, consolando, & exhortando illum ad penitentiam, alia que ei auxilia verbis & operibus pro vitibus præbendo: si que hinc charitatis obsequio cretendis in hunc, ab infirmo eandem qua laborat, contagionem participet, quæ tantillum in viscera sese diffundens, cordis reprobam occupat, ita ut violenta & repentina tandem morte contempit, ne quidem JESU vocem invocandi tempus habeat: De peccatis nostris non habet spem cogitare, nec a se sperare (sunt verba sancti) minus que Deo, cui se committit, aliam satisfactionem non agat, sed in hoc se decedat: quid de anima ho-

minis talis dicendum putabimus? Quodnam de illa fecimus iudicium? Respondit S. Bernardus: Bene, melius, optimè sperandum est, quia actus ille charitatis æquivaler penitentiae, contritioni, & confessioni, tanti est meriti apud Deum: Intellige in hac fervida charitate contritionem, confessionem integram, & satisfactionem plenissimam comprehendit. Ac proinde S. Petrus ait: Charitas operit, id est, annihilat, (inquit S. Bernardus) coram oculis Dei multitudinem peccatorum. Et S. Pater Augustinus de laud. charit. dicit: Habere omnia Sacramenta & malus quæ esse potest habere autem charitatem & malus esse non potest. Rogemus igitur Deum, ut nobis det charitatem, ut Contritioni præstitit, dicamusque cum Poëta moderno:

O Deus, o qui perpetuis amor ignibus ardes,  
Hæc caleant flammæ pectora nostra tuæ!

SERMO TERTIVS.  
FERIA SEXTA  
CINERVM.

Antiph. quia dictum est antiquis, &c. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros.  
Matth. cap. 5.

Ergone condonandum est iis, qui me offendunt? Necesse est a sumptum, & Christi crucifixi legis observantorem esse profiteretur. Hoc namque Legislator noster nobis sciendum esse expressè declarat, dum ait: Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros. Et quidem quantum actio ista ab hominibus nostri temporis contemnitur, tantundem apud præteritorum sæculorum heroes in veneratione fuit, utpote præ cæteris omnibus laudabilior & gloriosior; quia ut sanctus Valerius Episcopus refert: Ultra felicitatem constans esse victoria, inimicum salvum facisse, nec injuriam vindicasse. Et sanctus Gregorius ait: Nil ille pretiosius DEO virtute dilectionis. Unde laudandi benevolentiam, impendens amorem, & bellum præparando: Imò verò, totum id fa-

D Valer. Episcopi in quodam sermone.  
D Gregorius in Epistola.

Handwritten notes in the right margin, including the word 'licet' and some numbers like '26'.

dumtaxat ab imperio suo proferbere, & exterminare solebant, qui obstinati atque protervi per suam potentiam alios præsumebant opprimere; illos vero solum adamabant, qui omnem offensam piè condonare consueverant iis, qui id ipsum cum humilitate reverenter postulabant: *Parcebant subjectis, & debellabant superbos.* Unde S. P. N. Augustinus rom. 1. de Civitate Dei ad Marcellum, part. 1. cap. 5. affirmat, quòd *Romani acceptam injuriam ignoscere malebant, quàm prosequi;* prouti experti sunt Senitz, qui veniam postulatores, eandem sine ulla mora aut difficultate impetrarunt. Echilus civibus suis prohibuit, ne in suam Republicam admitterent leones: *Non esse leonem in Republica alendum jubebat,* id est, homines feroces, vindicativos, & implacabiles. Germanici in condonandis Pisoni toties per traditiones repetitis offensis, promptitudo, & benignitas, æterna erit per omnia sæcula memoria digna, sufficiebat namque illi, si hostis se de illo vindicare potuisset cognoscere; cæterum semper salyavit inimicum, quando eum in extrema ruinam redigere poterat: Hipponicus per unicum dumtaxat submissionis actum Alcibiadi reconciliatus fuit. *Accedens complexus est eum & omnem noxam donavit.* Magnus ille Caro probè sciens, quantum rubigo odii vitam humanam consumeret, hæc in annulo suo verba descripta ferebat: *Amicus unus, inimicus nullus.* Unde Otro Imperator cum Mærio Cæso capitalissimo inimico suo omni studio sese reconciliari procuravit, omnesque hæcenus commisos errores, & receptas ab eo injurias promptè ei condonando, eum dulciter est amplexatus: *Lubens Mærium Cæsum ad se adduci, amplexatus est eum.* inquit Plutarchus, eumque non vulgari affectu amando familiarissimorum amicorum suorum numero adscripsit: *Statim intra inimicos habuit,* inquit Cornelius Tacitus libro primo historiarum. Julius Cæsarum primus in condonandis injuriis animo fuit aded composito, ut si Plutarcho credimus, (hostibus suis multis salutem dederit: Nonnullis quoque honores & magistratus, veluti Bruto & Cassio addidit.) Integrum quendam ad Pompejum à suis fautoribus scriptarum litterarum manipulum Cæsarum manibus consignatum fuisse, referunt historia, qui, ut omnem adversariis suis, qui contra ipsum scribebant, vindictæ à se contra ipso conceptæ occasionem præcinderet: (Jussit comburi litteras, nec eas aperiri, ne auctoritas cognoscere, & vindictam sumere cogere tur.) Quasi O. Clavio: (qui inter Augustos generosior aquila fuit) in condonandis malevolorum suorum injuriis benignitas & mansuetudo fuerit, à Seneca id referente ediscere possumus; dicit enim: [Bonum Principem Augustum fuisse; & bene illi convenisse parentis nomen fatemur, ob nullam aliam causam, quàm quòd contumelias quoque suas, quæ acerbiores Principibus esse solent, quàm injuriæ, nulla crudelitate exquebatur, quòd probrosus in se dictis arripit.] Mittat licet Cleopatra Marco Bibulo Gabiniolos, qui duos ejus filios, oculorum suorum pupillas occiderant, ipse tamen non vindictam erga eos exercebit, sed salvos sanosque remittet. Alcæus quoque Poëta, qui tanta contra Pittaci famam & existimationem locutus fuerat, ut eum diffamaret, in præfati Pittaci manus & potestatem extradatur, ipse tamen animo generoso injuriarum oblitus, alio se modo non vindicabit, quàm solis verbis facti sui indignitatem ei exponendo. Pythagoras discipulis suis prohibebat, ne vel minimam indignationis reliquiam in corde retinerent, ne fomitis vel sulphuris loco ad vindictam accendendam iisdem servire possent: *Omnem esse jubebat memoriam offensarum oblivione conterendam.* Quòd si igitur famosissimi cæca gentilitatis vini, licet non laesent amabilis à Christo promulgatæ legis cognitio ne præditi, aded accuratè legis erant observatores, quomodo igitur excusari poterit, si Christianus, qui exactissimus esse debebat legis Christianæ observator, inter cæteros primus illam negligat, contemnat, & pedibus conculcet? Talene exemplum Christiani sui posteritati à fidelibus dabitur, non verò à Gentilibus? Dicit igitur Christus: *Disiçerit inimicos vestros;* amari namque debet inimicus, nullum ei vindictæ sensum exhibendo; hæc namque actio inter omnes Christiani hominis actiones dignissima est, & dignissimum quoque sibi comparat præmium, nimirum quòd sumit eum glorioso filij Dei titulo hæreditatem adferat ælestem. Ad hanc igitur doctrinam Evangelicam addiscendam discipulos vos exhibete, eamque erga me in actu pratico exercendo condonetis vobis, si ad hanc cordibus vestris inferendam virtutem proportionatum in me non experiamini talentum.

Tic Liv. l. 7 c. 22. H. An. Pint. in 22. et 23. ap. 14.

Voga in Domin. s. post Pent.

*2. Diligite inimicos vestros.* Amantem amare natura persuadet, non amantem amare divina est gratia tribuendum: non amare amantem ingens est impietas; non amare non amantem in perfectione naturæ nostræ procedit, ut pote quæ ad malum nos semper inclinât, unde ad hunc defectum emendandum, contra-riam nobis à Christo præcipitur, dum ait: *Diligite inimicos vestros.* Porro in his potissimum modis præca Angelici Doctoris doctrinam à. *quæ 25. ar. 8.* inimicus diligipotest, scilicet optinô, si ametur inimicus, ut inimicus, id est in quantum nos odit, & persequitur, & sub hoc formalitate ad eum diligendum ab Evangelio non adstringimur, nec obligamur; si ergo non adstringimur, repugnaret charitati, siquidem talis directio in amare? imo gratia per illam malum proximi amare? imo hoc præceptum potius odium est inimici, quia est esse in illam, non naturam De-  
*betem, semper 2. docet: Odio habere morbum & di-*  
*ligere gratiam.* Secundo, si quis inimicum amet non inquam inimicum, qui nos odit, sed in quantum est homo, creatura  
 digna ætæ beatitudinis, & pretioso Christi sanguine redempta, & cum in hoc modo nec inimicus sit, nec adversarius, non est contrarius; *diligendus*, vel tertio, amor iste specialis considerari potest, ita ut la-  
 liquis moveretur ad amandū inimicū *motu par-*  
*ticulari* hic amor non est necessarius *simplici-*  
 ter ad charitatem, neque ad salutis consecutionem; verum quidem est, quod qui sic amaret, non male, sed bene faceret, atque ideo sufficit habere animum quendam promptum ad amandum illum *toties, quoties* veniret occasio, per motum particularem affectus & benevolentie. Et hoc tanquam Christiani facere debemus, ut impleamus præceptum Sal-  
 vatoris, qui expressè id nobis præcipit dic-  
 ens: *Diligite inimicos vestros.* Et tamen hoc præceptum, utpote affirmativum, obliget  
 naturam semper, n. hilominus quia omne præ-  
 ceptum affirmativum includit in se negati-  
 vum, quod obligat *semper & non semper*, non  
 solum Deus nobis præcipit positivum, ut sem-  
 per amemus inimicum, verum etiam negati-  
 vum nobis imponit, id est, ut nusquam illum  
 odio habeamus, imò ut faciamus contrarium:  
 D. Chry. *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros.*  
 D. H. v. 4. Præterea Sacri Scriptores adducunt duo  
 D. Aug. *allegoria amoris erga inimicam directi,*  
 Paulini *Quadragesimalis.*

quorum unum vocatur dilectio interior, & con-  
 sistit in affectu cordis, quo quilibet sive perfe-  
 ctus sit, sive imperfectus adversarium amare  
 tenetur, deponendo odium, & desiderare ipsi  
 bonum, siquidem amare vel velle bonum ali-  
 cui, nihil est aliud, quam velle bonum alicui, bo-  
 na gratia & gloria ei optando. Secundum verò  
 genus amoris dicitur dilectio exterior & con-  
 sistit in effectu operis, id est, in exhibitione bene-  
 ficii, qui cum sit actus supererogationis, ad eum  
 adimplendum, tenetur solum qui est perfe-  
 ctus, huic enim Salvalor dicit: *Benefacite his,*  
*qui, adervnt vos:* Expressè id ipsum insinuat Lu-  
 dolphus Carthusianus p. 1. co. 35. dicens: *Imper-*  
*fectus tenetur inimico odium dimittere, & bonum*  
*operare: Perfectus autem tenetur etiam præstidia*  
*necessaria ministrare.* Tribus porò modis ini-  
 micus potest te offendere, corde, ore & opere. Cor-  
 de te odio habendo, ore retrahendo tibi, ope-  
 re autem vitæ tuæ insidiando: Quid igitur  
 Christus facit? Hic, utpote nos totaliter per-  
 fectos desiderans, quia *contrariis contraria cu-*  
*rantur*, ideo ut S. Gregorius ait: *Contraria op-*  
*posita medicamenta peccatis:* contra odium cor-  
 dis stabilit amorem dicens: *Diligite:* contra de-  
 tractionem oris linguæ benedictiones invenit,  
 dicens: *Benedicite,* contra verò manus insidias,  
 beneficiorum medicamenta præcipit applica-  
 ri, dicens: *Benefacite,* & hic est verus inimicum  
 amandi modus. Obligamur autem ad illum a-  
 mandum (inquit Hugo) tres præcepte ob-  
 causas, scilicet *propter Deum, propter nos & pro-*  
*pter se.* *Propter se*, quia amando ipsum, ei que be-  
 nevolentia effectus demonstrando, separabi-  
 liter ab odio, ejusque anima à peccato mortali  
 exonerabitur, dumque ebullientis sanguinis  
 fervor, qui illum suisque deque vertebat, sub-  
 sidere incipit, pariter quoque incipit frui vitâ  
 quâdam pacificâ & tranquillâ *Propter nos* quia  
 dum inimico reconciliamur, nos pariter li-  
 beramus ab inquietudine, à suspitionibus, ac  
 contemptibus, nec non ab illa rubigine, qua  
 cor nostrum exeditur: Sæpe enim odium quo  
 prosequeris inimicum, nullum illi adfert dam-  
 num, sed potius tibi ipsi qui odisti; & *for-*  
*tan nihil nocens odians eum* (inquit Chrysolto-  
 mus) *te autem ipsum sine dubio laedis,* manusi-  
 gicet adhibeatur amoris, quæ tuo portigat ma-  
 iora remedium. *Propter Deum*, quia si nonnun-  
 quam amemus proximum propter aliquem  
 particularem & mundanorum respectum, ver-  
 bigratia, propter parentelam, vel quia in  
 cer-

TTT  
 X  
 26

certis casibus servit, absque ulla favoris aut utilitatis pretensione; si inquam ob hoc fecerit spectus illum amemus, quanto magis iugur mandus est propter amorem Dei, qui sine interesse & absque nullo merito ex parte nostra, imò cum multis nostris demeritis nos amavit, omnesque nostras offensas dimisit? Et ramerit nullum aliud esset motivum, nihilominus seponendus esset qualiscunque non ster respectus aut interesse, & clausis oculis dicendum nobis esset: Volo amare inimicum meum, omnesque illi injurias remittere, quia Dominus meus id ipsum in hodierno præcipit Evangelio, dicens: *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros.*

4. Item in eorum cordibus, quibus incumbit imposita sibi præcepta exequi, magnam vim obtinet autoritas præcipientis: Lycurgus ut legibus suis tanto majus adderet pondus, singulari cum industria hanc Lacedæmonis opinionem inferere curavit, se eas ab Apollinis Delphici ore datas accepisse. Numa Pompilius Romanis pervasit leges suas ab Igneria Dea sibi datas fuisse. Celeneus Barbaris leges suas daturus, illas non è proprio cerebro, sed à Minerva inventas esse dixit. Mino s Cretensibus inculcavit, ex Jovis imperio leges suas stabiliras fuisse. Denique Moyses ad hoc ut Hebræi imposita eis præcepta observarent, efficacius medium invenire nequivit, quam ut ea à Deo sibi data fuisse diceret: *Hæc sunt quæ iussit Dominus fieri.* Absolon servis suis Ammonem occidere præcepit, at verò ne id ipsum faciendo formidaret, sed præceptum illis facinus, promptè ferrum stringendo, exequerentur, mox subjecit *Ego sum, qui præcipio.* Quis tibi o Christiane præcipit inimicum ames, omnemque ei offensam condones? Quis hanc tibi legem imponit? Num forte Numa aliquis, vel Celeneus, vel Minos, aut Moyses, vel Absolon, vel alius quiscunque vulgari autoritatis & existimati- onis homo? Audi: *Ego, Ego tibi præcipio: Ego, qui sum Deus de Deo fons sapientia, verbum Dei excelsi: Ego qui sum novus homo, nova præcepta instruo,* inquit Albertus Patavinus let. 1. fer 6. C. in *Ego qui sum Legislator. Et errorum corrector, dico vobis, omnibus scilicet hominibus: Diligite inimicos vestros:* vel ut explicat Guilielmus Patiscensis *Ego qui vos summe diligo, & vi caribus charitatis prosequo, & non nisi bonis & utilibus & expedientia vobis cupio, & exopto: Ego qui probe*

*novi quantum vobis expedit diligere inimicum, & iniurias dimittere, do vobis hanc legem, non terroris, sed amoris; non formidinis, sed gaudii; non suspitionum, sed respiratorium, & nos eidem observandæ renitemur? In omnibus Philosophicis difficultatibus obvis, quæ inter Pythagoræ scholares vertebantur, hoc unicum pro opinione stabilenda dicere sufficiebat, hanc magistri sui esse doctrinam, & dixit, mox enim ut hoc audiebant, omnes protinus ac quiescebant. Stoici legibus suis sume- ter decreverant, ne quis ob eventus finitros quoscunque vultum suum conturbarent, nec eundem ex fortuna prospera, nimum letificando exporgerent, cuius quoque observantia diligentes & curiosi exactores erant. Eleazarus vir provectæ ætatis, priusquam sanctas violatæ leges præsumeret, *Voluntariè præibat ad supplicium 2. Machab 6* Tharsibulus postquam civitatem Atheniensem eorum subtraxisset Tyrannidi, qui propria interesse curantes, bonum publicum minime cutabant, hanc confestim legem condidit, quam oblivionis legem intulit, præcipiens omnibus & singulis, ut præteritas offensas sub perpetuæ oblivionis lapide sepelirent, quam legem Athenienses summa animi promptitudine acceptaverunt, eandem inviolabiliter deinceps conservaturos esse promittentes. Phocion cum per inimicorum suorum insidias mortis condemnatus esset, priusquam propinatum sibi biberet venenum, filio præsentem hoc post se moriturum reliquit (*Ego mi fili te obnoxio rogo, ne quod ob injuriam mihi nunc factam, Atheniensibus male velis, qui infontem me damnarunt. Aelianus libro secundo de var. hist.*) Num igitur Christianus deinceps inimicum odio prosequendo, vindictam meditabitur, quando ipsemet Dei filius ut eundem amet eique condonet, illi præcipit dicens: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros?* & quasi alter Phocion adhibendum amarum passionis vel mortis calicem innocenter condemnatus, imò quasi novellus Tharsibulus postquam nos à peccati & demonis tyrannide redemisset, oblivionis legem sanctissime condidit, eamque supra verticem suum paucissimis litteris I. N. R. J. id est, *Inimicorum Ne Recorderis Injuriarum* describit fecit?*

Exod. 35.

2. Reg. 13.

Guil. Patisc. ibid.

Dilacus Vegaib

5. Genes 31. Fuzibundus Laban ut fugitivum socerum suum J. acob in via deprchende-

fer. & domo sua secessit, firmo eum occidendi aliquod ex iis procurrentibus, in tam lon-  
 gis & inopinatum abitum, in iuriz loco re-  
 ceperat, & idola quoque sua, quod in solito  
 domus suae loco eadem non invenisset; ab eo  
 sublati esse credebat, postquam autem  
 sepe iterum iter conficisset, in monte Ga-  
 chel ipsum est assensus, ubi cholera vehe-  
 menter accessit, oculis veluti in sanguine na-  
 tibus, valitque ex furore pene flammis  
 rursus Jacob socero dixit: Sicine tu paren-  
 tem tuum trahis? Hic coine mihi irrogas, qui te  
 veluti hospitem primitus suscepi, postea vero  
 abduxi ut filium? Hocine modo praestita tibi  
 reus perhibetur beneficia, rapiendo videli-  
 cet idola, meaque clam subducendo cha-  
 rissimas filias, iuro tibi quod tandem adigen-  
 des eos, ut eam de te vindictam sumere sta-  
 tuam, cuius non adeo facilis tibi subrepet ob-  
 liva. Verutamen ex nunc sufficit, me  
 herediti omittam fuisse. Ad eone subito pla-  
 catus o Labaa! caelum imitari videris,  
 quod de te tonitru fragores, raro sagittas e-  
 mittit. Ilade autem haec soceri Jacobi im-  
 portuna mutatio suam habuit originem? Au-  
 di hic scripturam: *Valer manus meo reddere tibi*  
*maam quasi diceret hoc ferro resolutus etiam*  
*justas de te vindictas sumere. verum gratias*  
*ago Deo tuo, qui heri mihi apparet, ut re-*  
*ceptam a te iniuriam tibi remitterem, nec ul-*  
*lam molestiam in ferem, praecipit; id nam-*  
*que istis vult verba sequentia: Deus*  
*pariter dixit heri mihi, cave ne loquaris contra*  
*idola quaequam darina. Vides igitur qualiter*  
*Labaa idololatra, Dei quem non agnoscit,*  
*praecipit observat, & Christianus ad con-*  
*donandum inimico offensam invitum se ex-*  
*hibet? non obstant, quod inimici dilectio*  
*alio & vero Deo ipsi praecipiat! (Deo non*  
*fao, quia tamen Deus Gentilis obedivit, i-*  
*nimico parces, & Christianus Deo suo non*  
*obedire praecipienti) inquit Laurentius de*  
*Appone in Sapient. homil. 20. num. 16. fol.*  
*161. Sed ad idola, quae Rachel secum rapuit,*  
*revertamur: Furata est idola patris sui. Dic*  
*etiam mihi, o bona mulier, quae nam devo-*  
*ta pietas tibi, ut manum ad idola patris tui ra-*  
*penda crederes, persuasit? Num forte si-*  
*hali charitas, ut Genitori tuo idololatriam*  
*committendi occasione e medio tol-*  
*leres? aut quia argentea & aurea fuerunt,*

aliquod ex iis procurrentibus, in tam lon-  
 go & prolixo itinere necessitatibus substi-  
 tum te habueram sperasti? Alii dicunt,  
 quod Laban omnium orientalium Majo-  
 rum celeberrimus in ipsis divinabar, ligabas  
 & offendebar hostes: Hinc eni furata est Ra-  
 chel, ne & cito cognosceret, quod ivissent, &  
 ne per illas imagines aliquid mali inferret  
 eis, qui tanquam hostes furim recesserant.  
 Irascere Georgius Venerus tom. 1. de hist.  
 Sac. sec. 7. fol. 29. col. 2. num. 218. Veru-  
 amen alia, & quidem subtilis opinio refertur  
 a Josepho Hebraeo, cui etiam Petrus Co-  
 mesor subscribit, qui dicunt: Mulierem  
 hanc probe cognovisse, quantum patri suo  
 cholera praedominaretur, quodque suppli-  
 cantium precibus, post receptam offensam,  
 difficulter se placati permitteret; interea ve-  
 ro metuebat, ne pater ejus fugam suam in-  
 telligens, pertinaciter eam sequeretur &  
 acerbam nimis de marito suo sumeret vindic-  
 tam, atque ideo haec intra semetipsam agi-  
 tabat rerum faciendarum consilia: Quid fa-  
 ciam, si forte haec metuo quae acciderint:  
 Ego ob Deorum suorum amorem, illum ut  
 mihi ignoscat supplex precabor, & cetera sim  
 quod idola sua intuens petitam a me remis-  
 sionem mihi non sit denegaturus: [ Sigilla  
 Deorum suorum ferebat Rachel, non quod  
 Deus coleret, quorum contemptum a marito  
 didicerat, sed ut si forte Pater fugientes asse-  
 queretur, haberet quo confugeret, veniam  
 impetratura) Quod si igitur Laban in fallo-  
 rum Deorum suorum gratiam a filia sua re-  
 quisitus, receptam condonarurus fuisset of-  
 fensam, nunquid ergo & Christianus re-  
 mittere debet, cum illud a veri Dei  
 filio sit praecipit? Nunquid enim au-  
 dit, *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos*  
*vestros.*

*Joseph.*  
*Hebr. Pe-*  
*trus Corn.*  
*in hist.*  
*Eccl.*

6. Hoc idem met praecipitum a caelesti Le-  
 gislatore sub aenigmate perfectionis insinua-  
 tum fuit hinc verbis apud S. Mattheum. *Es-*  
*te perfecti, sicut pater vester caelestis perfectus*  
*est.* Verum dices: quae ratione unquam hoc  
 praecipitum adimplere poterimus, ut ad ipsi-  
 utmet Dei imitationem perfecti simus? quae  
 perfectio, si omni perfectione simpliciter simpli-  
 ter ad quam impossibile est creatura aliqua fi-  
 nitate & limitate posse pertingere, Glossa interli-

*Matth. 5.*

Handwritten notes on the right page, including a large 'X' and some illegible text.

neatis, S. Athanasius, & S. Ambrosius respondeat: hoc Christi præceptum non esse in rigore intelligendum, quasi perfectionem aliquam habere teneamur, quæ æqualis sit cum Divina perfectione intentionis & excellentiæ, sed ut similis sit, camq; se proportionem habeat, quam secundum varium nostrarum celestis gratiæ elevatorum possibilitatem habere potest. Id quod Theologi utique explicaturi essent hinc terminis Scholasticis: *Quod Dominus hic nobis mandat non ad perfectionis acquisitionem, sed ad proportionem quandam, ut pro viribus, & quantum in nobis est ipsum imitemur.*

In unum na, hoc, sicut dicitur proportionem, non aequalitatem. Veruntamen ô Auditores à generico delectandus, si placet, ad specificum. De qua nam igitur virtute vel perfectione Salvator hic loquitur? De eo nimirum, quod est amare inimicum, eique ignoscere, ac proinde loco illorum verborum quibus Matthæus scribit: *Esote perfecti.* S. Lucas dicit: *Esote misericordes.* Unde per hoc aliud nobis insinuare non intendit, quam ut nos peccatos, amabiles, benevolos, & mansuetos exhibeamus erga illos, qui nobis fuerit molesti. Unde Paulus de Palatio interpretatur: *Esote perfecti, ut diligatis, sicut Pater perfectus, est qui diligit sibi adversarios.*

Et S. Vincentius Patre. ser. 6. post Ciner. ait: *Pater celestis in hoc mundo multos habet inimicos, scilicet peccatores & infideles, & tamen diligit eos, & dat eis beneficia Solis, Luna pluvia, & provisiones. Ideo ut boni filii assimilemur Patri nostro celesti.* Nam vero Lex ista à Christo non solum verbis tradita, verum etiam operibus & exemplis confirmata fuit. Et enim Christus discipulis suis paulò ante Passionem præcepit, ut quilibet eorum de gladio sibi prospiceret, eo quod illo ea nocte futura opus habituri essent; Imò voluit qui non haberent, unde illum sibi comparare possent, vestes suas dividerent, & carum pretium in gladii comparationem protinus adhiberent: *Qui non habet gladium, vendat tunicam & emit sum.* Circa quòd aliqua mihi difficultas subnaicitur. Quod si enim celestis magister suos vult esse pacificos, qui amèc ignoscant, nullum sumant vindictam, quæ igitur ratione præcipere potuit, ut de gladio comparando essent solliciti? Cum Ocius Artaxerxis filius mensæ accumbere, jamque à nonnullis observatum esset, primam ab eo factam actionem hanc fuisse, quòd scilicet cultum manu apprehenderet, pessimum inde nimè permitto. Sint hæc, ô Petre hujusmodi

S. Athan. ser. 4. contra Arian. S. Ambros. lib. de Incarn. Do. Sacram. cap. 10.

Paul. de Pal. ibi.

Luc. 22.

Arist. Impr. 20.

conjectati sint augurium, nimirum futurum esse ut regni gubernationi post Patris mortem ad motus in vitum vindictæ cupidum acque crudelē evaderet: Quod si igitur Christus velit, ut inimicis suis ignoscant, cur postea illos, manus suas ad vindictam sumendam armis admovere suadet, quæ difficultas ex hoc magis adaugetur, quod ut scriptor quidam modernus scribit, Filius Dei non indigebat armis, siquidem propria voluntate patiebatur: At vero Dionysius Carthus. in c. 22. Luc. art. 48. id illis præceptum fuisse arbitrat. ut se ab inimicorum suorum insultibus, si ita necessum esset, descenderet: *Vi Animarum Apostolos, habent animam preparatam ad sui Magistris defensionem ex zelo amoris atque justitia.* Ex qua doctrina difficultas proposita majorem sibi vim acquirit & efficaciam, scimus etenim quòd S. Petrus ad Salvatoris defensionem gladio utens asperè à Magistro suo reprehensus fuerit, cū expresso adjuncto, præcepto gladium denuo in locum suum seu vaginam recondendi, nec amplius similem errorem præsumendi, aut attemptandi. *Converte gladium tuum in locum suum omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Valde equidem circa hunc locum scripturæ attonitus hæreo, nec imaginari mihi possum quanam fuerit Christi intentio, dum nunc discipulis, ut de gladio sibi prospicerent, præcipit, mox verò utrum gladii idem veret? Quòd si enim illis non est licitus gladii usus, ad quid eum sibi comparare jubentur, aut si necessum est gladios sibi comparent, cur postea in necessitatibus obviis illos relinquat otiosos, atque intra vaginam reconditos ærugine consumi permittent? Resolvit tandem hanc difficultatem S. Ambrosius dicens, gladium duabus ex causis portari posse: *vel ad defensionem, vel ad offensionem & vindictam.* Dicit igitur Dominus. Quilibet vestrum gladium sibi comparet, sed solum ad in occurrenti necessitate defendendum. Vnde quando Petrus in horro Gethsemani mediante gladio suo alios quoque volebat offendere, seque vindicare mox à Christo est reprehensus acriter, quasi diceret: *Ego amorem semper suavi vobis, & tu ô Petre odio & furore te armare præsumis? Contra vobis prædicando inculcavi, ignoscendas esse ab inimicis receptas injurias, & tu ad vindictam exarscis? Defensionem nequaquam prohibeo, se autem vindicare mittem manu apprehenderet, pessimum inde nimè permitto. Sint hæc, ô Petre hujusmodi*

erroris primæ & ultimæ vices; Audite obsecro, S. Ambrosium, qui Apostolum hæc verba loquentem introducit: O Domine, cur emere me iudas gladium, qui ferire me prohibes? cur hæc vix precipis, quam vixas premis? Et mox subdit morte difficultatis solutionem dicens: Foris ut præparata defensio, non ultra necessaria, & vide ne post se vindicari, sed noluisse; veniam igitur non autem vindictam, amorem & non odium, veram & non mortem Ego præcipio vobis, &c.

7. Uaigenitus Dei Filius hanc nos est Cruis cathedra lectionem edocet. Audite illam cum attentione, quia nisi fallar, conceptus videtur ordinarius & vulgaris non erit, prouti hæc illam esse existimatis. Ex sanguine & merobandus & agonizans Deus noster, inter crucis & amaræ mortis suæ crudelissima tormenta constitutus, semi mortui spiritus sui merobandis reliquias recolligens, oculis in crucem quoad poterat; sublati, Patrem suum æternum caritropavit, ac inimicorum suorum neminem vindicta multare sed potius omnium illorum gravissimam noxam benignissime illam ignoscet: Iesus autem dicebat: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Oblectemus oblecto in hæc verbis mysticos mortuos, quibus S. Lucas hunc passum describit, dum ait: Iesus autem dicebat. S. Basilii inquit particulam hæc: Autem Iesu dictionem ad veritatem quæ S. Lucas apparet verba verbis, & præcipio vobis, q. d. Iudæi quidem illum deridebant, offendebant, blasphemabant, & crucifigebant: Iesus autem dicebat: Pater ignosce illis, q. d. Per hunc sanguinem, qui hic copiose effunditur, per hæc vulnera, quæ totidem sunt amoris ora, per hæc quæ ex oculis meis effundendo lacrymas, per hæc tormenta atrocissima, quæ libens & promptissimo animo sustinuit, per hæc probrosissimam, quam patior mortem, per hæc incomparabiles dolores, quod per amorem quo omnes has libenter sustulit, quæ angustias. Ignosce illis. Verum enim verò quocumque, O cruce Iesu, loqueris cum æterno Patre meo: Pater, cur non potius illum nomine ineffabilis Dei Iehovah, vel Eloï appelles? Scio etenim quod quandot eundem Patrem tuum pro temeriplo rogasti, hoc nomen ut us facies dicendo: Eloï, Eloï Lama sabathana, quod est interpretatum: Deus meus, Deus meus. ut quid dicitur Iquistima? Pro huius difficultatis intelligentia, utriusque huius vocis Pater & Deus observandum est significatū. Quan-

tum ad primum, S. Bernardus illud pietatis nomen esse dicit, ac proinde illo usus est filius prodigus, ut paternam genitoris sui viscera ad sui compassionem moveret: Pater, peccavi: Secundum verò nomen, rigoris & severitatis nomen est, siquidem Deus propriè idem significat quod Iudex, unde & Moyses hoc nomine appellatus fuit, quando ad Pharaonem missus est, ut illum castigaret. Ecce confisus te Deum Pharaonis. Vt igitur hoc rigoris nomine Deus, q. d. Rigorum quæso Iudicem te mihi Deus, exhibeas, id autem fecit dum pro temeriplo oraret, ac verò dum inimicorum suorum causam ageret, Patris nomen usurpat, Pater, optans omnino & desiderans, ut pium & benignum se crucifixoribus suis Patrem exhiberet, non castigando illos, sed eis ignoscendo: Ignosce illis: Audite S. Bernardum: Quæ nomen Patris ponis? solent pueri, aliquis affectu suo orare volentes, nomen paternum nominare, ut naturalem dilectionem ipsius ad memoriam reducant, per quam facilius petitionis sue consequantur effectum. Et demonstret nobis volens, quanto affectu sit pro inimicis orandum, nomen posuit charitatis, imò post mortem quoque Salvator noster nos docet, inimicos amandos, secum reconciliandos, usque ignoscendas esse injurias. Considerate etenim modum, quo in cruce stetit, scilicet nudus, extensis brachiis, capite inclinato, & aperto per lanceam latera. Membra nuda exhibet, ad nova, si opus esset, flagella denudò sustinenda: Brachia habet aperta ad amplexandum nos, caput inclinatum ad exhibendum tibi suave osculum, latus denique apertum, ut videas nullum circa cor lateris ex furore accensum sanguinem, sed placidum omnino, copiosa perfrui amoris tranquillitate, ita rem hæc S. Augustinus concipit, dum ait: Caput habet inclinatum ad osculandum, cor apertum ad diligendum, brachia extensa ad amplexandum, totum corpus expositum ad redimendum q. d. Vos o Hebræi spiritus tempora mea vulnerastis, vos manus & pedes meos clavibus transfixistis, flagellis confidistis membra mea: vos lancea latus meum perforastis, graviter me offendistis per blasphemias, verbis me, nec non & factis in hac Cruce mea me contumeliati estis. Ego autem vobis ignosco, vosque amplecti & osculari desidero: Ex me igitur exemplum inimicis ignoscendi capiat, quisquis meam profiteatur legem & de glorioso Christiani hominis nomine

Luc. 15.

Exod. 7.

D. Bern. lib. de Pass. cap. 8.

D. August. lib. de Virginitate.

Handwritten notes in Latin script, including "D. Bern. lib. de Pass. cap. 8." and other illegible text.

X

X



mine gloriari audeat: Ego sum qui id vos do-  
 ceo; Ego qui vos obsecro; Ego denique qui  
 id vobis precipio: *Hoc est preceptum meum, ut  
 diligatis invicem, sicut dilexi vos.* O quam est  
 illa barbara consuetudo, inter Thracas, ut  
 Joannes Bohemus Abulanus Teutonic. lib. 2.  
 de Europa, fol. 64. col. 2. refert, passim usi-  
 tata: Apud hanc quippe nationem cuius vi-  
 ro plures uxores habere conceditur, mortuo  
 vero marito inter uxores seutelsitas viduas  
 contenditur utra illarum à marito mortuo ve-  
 hementius fuerit lecta, eaqueque sententiam  
 fortis est favorabilem, à cognato proxime  
 per sanguinem coniuncto occidi & postea ur-  
 na cum marito sepeliri debet, eamque solam  
 honoratam esse existimant, ceteris in plan-  
 ctu & dolore reliquam vitam suam agenti-  
 bus. *Thracas singuli plures uxores habent, quorum  
 ubi quis deceat, ut ceptatio magna sit inter ux-  
 ores, quamam dilecta fuerit à marito precipue: ut  
 qua talis iudicata est & hunc honorem adepti, à  
 suo propinquissimo mactatur, unaque cum viro  
 humatur.* O impiam consuetudinem! O cœ-  
 remoniam detestabilem! per quam mors ex a-  
 more nasci videtur. Lex etenim Evangelica  
 vult, ut amando prolongetur vita, quodque a-  
 mor odio funeralia, natales vero iunctos  
 hominum adferat concordia: *Ego autem dico  
 vobis, diligite inimicos vestros.*

8. Hoc solam forsitan veluti argumentum  
 in contrarium adduci mihi poterit, quod vi-  
 delicet amare inimicum, eique iniurias re-  
 mittere actio quædam sit ignominiosa & vi-  
 lis, quæ proinde virum aliquem spectabilem  
 minime deceat: vindicta autem virum ali-  
 quem generosum esse commoneat, qui sci-  
 licet sciat è via subitovire offensa & mus-  
 cas à natibus abigere, quique ab omnibus  
 formidabilis & honorabilis habeatur. Imò  
 vero contrarium verum est, nam nulla repe-  
 ritur generosior & gloriosior actio, quæ ani-  
 mum quendam nobilem & regium manifesti-  
 us in sinuat, quam ignoscere inimico suo, aul-  
 tumque ex illatis ab inimico iniuriis vindictæ  
 vestigium penes animum suum foveri: *Magni-  
 mum est iniurias despiciere,* dicebat Seneca. Et  
 S. Augustinus serm. 16. de verb. Dom. ait:  
*Gloriosum est iniurias oblivisci.* S. Paulus Apo-  
 stolus ad Romanos 3. Epist. quandam scribit,  
 in qua inter cætera dicit: *Omnes peccaverunt,  
 & egent gloria Dei.* At verò hanc S. Pauli Theo-  
 logum minime intelligo, scio etenim, quod in  
 peccato esse idem sit, quod in ira Dei consti-  
 tum esse: ut autem quis post Dei iram sibi con-  
 ciliatam gloriam obtineat: gratia necessa-  
 rio prærequiritur. S. Paulus autem videtur  
 velle, ut ab uno extremo transeamus ad aliud  
 sine medio, potius enim dicere debebat: *Om-  
 nes peccaverunt, & egent gloria Dei.* Verum  
 pro huius meliori intelligentia ab Epistolis  
 sancti Pauli ad Psalmos Davidicos transum  
 faciamus. Hic namque in clytus Rex graviter  
 sine peccaverat, eratque anima eius graviter  
 infirma, & mortua potius quam viva, atque  
 ideo cælestem rogabat medicum, ut sibi me-  
 dicitur dignaretur, dicens: *Sana animam meam,  
 quia peccavi tibi.* Quibus in verbis observan-  
 dum est, quod non dicat: *Peccavi in te, contra  
 te, adversus te &c.* sed tibi: cur autem dicit pec-  
 cavi tibi, & non potius in te? Respondebit forte  
 Grammaticus aliquis, quod Ly tibi sit dativus  
 commodi scilicet, vel damni: nostra autem  
 peccata licet maximam in se malitiam contin-  
 neant, nullum tamen Deo adferre posse detri-  
 mentum. Uade Job ait: *Si peccaveris quid no-  
 cebis ei?* Neque eadem peccata aliquam Deo  
 utilitatem vel commodum adferre possunt, si-  
 quidem illa abhorreat & detestetur. Num for-  
 tæ David aliquem in Grammatica errorem com-  
 misit, ac proinde dictus in te, cœsurit in-  
 deliberatè Ly tibi Id minime credo, quia & in  
 alio quodam casu eadem phrasi utitur dicendo  
*Tibi soli peccavi, q. d. Tibi o Deus peccando*  
*servitium præstiti, in tuam peccatum meum*  
*utilitatem cessit: sed qua ratione id concipere*  
*potes, o David de peccatis, quæ Deum vel*  
*maximè offendunt: Peccatum est offensio facta*  
*Deo: Num fortè Deum apud similem esse cen-  
 suit, qui ab amato peccatorum nostrorum*  
*thymo, si non mel, saltem aliquam commo-*  
*dorum suorum dulcedinem carpit & elicit.*  
 Porro Cajetanus hanc difficultatem ponderat,  
 & postquam eandem æqua rationis libra  
 trutinasset, ita eandem interpretatur: *Tibi*  
*soli peccavi id est, propter gloriam tuam.* Verum  
 & in hoc mihi nimium dici videtur, ideoque  
 invenio, quod quando me ex una difficultate  
 sine sufficienti advertentia crueret & eximere  
 laboro, in aliam longè majorè confestim præ-  
 cipiter? Putasne eam peccata nostra ali-  
 quam Deo adferre gloriam? Num tenebras  
 culparum aliquam inextinguibili solis æterni  
 lum inallaturas esse claritatem existimas? ver-  
 runtamen pro motæ difficultatis clariori in-  
 telligentia advertere oportet, peccatum duo-  
 bus

Senecalib.  
 3 de ira  
 cap. 25.

hominis considerari posse, scilicet in rebus  
 in obsequio: si primo sensu accipiatur, ingens  
 quædam Deoque valde displicens offensæ fact  
 in vero in secundo sensu consideretur, in Dei  
 commodum facile redundare potest, saltem  
 conseruare, peccator enim commissi erroris  
 gravitatem, nec non ejus, in quo degit, status  
 militiam considerans, veniam sibi à Deo pos-  
 sultare potest, ex cuius concessione maxima  
 in Deum gloria redundat adeoque David op-  
 timè loquutus, est dicendo: *Tu enim non in se  
 solam peccavi: quis aliud est peccare Deo* (ut  
 dicitur explicat Stephanus Cantuariensis) *Chalud  
 peccare in Deum peccat quis Deo id est, ad hono-  
 rem Dei conseruare, scilicet per gloriam igno-  
 ranti, quia ex peccato sequitur sepe conseruatio, et  
 ex conseruatio remissio, quæ est gloria Dei.* Eadè  
 quoque doctrina Epistolam quam S. Paulus ad  
 Romanos scribit facile intelligere poterimus,  
 in qua dicit: *Omnes peccata veniunt, et regens gloria  
 Dei. Neque enim nobis dubium est, quin Apo-  
 stolus dicitur potuerit, quod peccatores inimici  
 Dei peccata veniunt, vel gratia, sed quia  
 remissio idem est quod gloria, ideo scripsit: E-  
 piam gloria, per hoc demonstrare volens, quod  
 nulla potest ab homine elici actio, quæ majore  
 et se gloriam patriat, quam injurias accep-  
 tas ignoscere. Atque ideo, quod si vos à Ro-  
 manis inimicis vestris percellas injurias remi-  
 sissis, gloriam, vestroque nomine dignam  
 actionem præstabit. Quod si Deum à vobis  
 graviter offensum, pro peccatorum vestrorum  
 remissione rogaveritis, occasionem in signe  
 gloriæ suæ speciem enedendi ei subministrabi-  
 tur. Quia per hoc Deus apparet gloriosus, omnes e-  
 nim peccatores regens Dei gloria, id est, Dei  
 iniqua gloria et peccatorum venia, ut explicat B.  
 delecta. Gregorius Cardinalis Columna, in cap. 3.  
 ad Rom. lect. 12. fol. 25. col. 1. lit. D.*

9. Quod si injuriarum remissio utilitatem  
 reparat et ignaviam animi, tot utique famosi  
 & illustissimi viri Principes, Heroes, Reges,  
 Imperatores, ne suo præjudicarent honori &  
 utilitati vindictas experissent, & ini-  
 micis sanguinem effundendo, è vivis eum su-  
 stulissent, nunc autem, cum eos contumaciter  
 committunt, se esse constet, signum est, quod e-  
 mitaenti statui & dignitati suæ consuluerint  
 potius, distimulando injurias, & injuriatores  
 patienter sustinendo, cum commune sit apud  
 omnino pro verbum, quod homo tantum  
 habere credens, sentitur, quam tantam sibi inesse tole-  
 rantiam videtur: exhibet, De Alphonso Rege

Neapolitano referunt historiz, quod cum is  
 Ludovico Poggio moneretur, Riccium pedi-  
 tatus sui Ducem seu Capitanum defectionem  
 ab eo meditari, & insidias traditorie texere,  
 tamen salva conscientia de eo vindictam su-  
 mere potuisset, nullum tamen vindictæ ve-  
 stigium edere, sed se potius proditores alia-  
 que à suis damna perpeti, quam se de us ulci-  
 sci maluerit. Ludovicus de Dominicis in hi-  
 stor. lib. 1. fol. 55. de Ludovico etiam XII Re-  
 ge Franciæ legitur, quod is à quodam cive  
 live incolæ Aurelianensi graviter offensus &  
 læsus esset, injustum tamen & Rege profors  
 indignum esse consulerit de eo se ulcisci; Imò  
 quod omnem quoque is injuriam sponte con-  
 donaverit, qui Caroli adversarii sui parti-  
 bus adhærentes, eius se fautores exhibuerant?  
 eos insuper honorando, qui ad eum, tæto  
 tempore in vinculis captivum retinendum  
 consiliando concurrerant. Idem ibid. lib. 5.  
 fol. 230. Cum Antigonus duos milites extra  
 tentoria sua vigilias agentes pessimè de se lo-  
 quentes, ejusque famam dilacerando, magna  
 cum injuria afficientes audisset, Rex illos in  
 parte interiori propius accedens, dixit eis:  
 Modeste, Modeste, *Discedite, ne vos Rex au-  
 diat* Carolus Rodig. lect. antiq. lib. 21. cap.  
 18. fol. 829. de quo proinde verè dici potuisset  
 quod dicit Seneca lib. 3. de ira, vels. 10 fol. 357.  
*Tam miti animo hostium suorum maledicta,  
 quam civium tulit.* Antisthenes Scytharum Rex,  
 ac demum celeberrimus Philosophus, à teme-  
 rario quodam homine invasus, gloriosum sibi  
 esse duxit, nullam de eo sumere vindictam: Ni-  
 hil ita regium sibi arbitratur Antisthenes tam-  
 que gloriosum, quam illam sibi injuriam nulla  
 prosequi vindicta, ac scribunt Elias Cretensis in  
 comment. orat. 13. & Gregorius Nazianzenus  
 de Herone Philosoph. Philippus Rex Mace-  
 donum, quosdam è civitate Atheniensi ad se  
 expeditos Legatos, non obstante, quod ipsum  
 inter & Athenienses gravissimè intecederent  
 inimicitiz, benigne recepit, usque se clemen-  
 tem & mitem data opera exhibuit, dicendo:  
*Quid possum facere, quod sit Atheniensibus gra-  
 tum?* Cui Demoches, unus ex legatis, valde  
 inurbane respondit: *Nihil a quo ac te ipsum sus-  
 pendere.* Quis ad tam inverecondum atque in-  
 solens responsum non moveretur? nihilominus  
 cum omni civilitate respondit: *At vos ratori  
 Legati nuntiate Atheniensibus, quos Philippus  
 consuetudinis audit impune, profecto hæc o-  
 trum magis sit admittendum an Legatorum*

Callus Ro-  
 dig. lib. 24  
 c. 28. fol.  
 829.  
 Francisco  
 Mendocæ  
 in virid.

Handwritten notes on the right page, including the number '8' and some illegible text.

probo 36.  
fol. 141.  
num. 93.

istorum temeritas, an verò Philippi in hac insolentia toleranda & dissimulanda benignitas & xquanimitas. Non præteribo etiam quod Cardinalis Baronius Anno 1071. de Diogene Romano, Imperatore Constantino-politano refert, scilicet quod dum cum Assa Sultano Ægypti præliaretur, ab eodem victus & captus fuerit, quem deinceps Assa in captivitate positum interrogavit, quid si strages bellica Ægyptios retigisset, & consequenter ipsemet in similem, qualem Imperator suffulnebat, captivitatem redactus fuisset, qualiter se Assam tractaturus fuisset, an id facturus fuisset cum tantis benevolentie significationibus, & cum ipsidem urbanitatis complementis, prout se tractari videbat; Respondit Imperator: Minime gentium, quia potius operam dedissem ad millenas excogitandas inventiones, quibus crudelissimam tibi conciliare mortem potuissem. Cui Assa subjunxit: Idem & ego tibi facere possem, meque de te acerbissimè ulcisci; verum certus esto, quod ego qui Sultanus sum, crudelitatis tuæ imitator esse nolum; scio etenim Deum Christianorum injuriarum receptorum cordialem remissionem præcipere, id quod ego circa te perfectissimè exequi decevi: *At ego*, inquit Sultanus, *tuam certo non imitabor crudelitatem, quandoquidem vestrum audio præcipere Christi ut parcatis inimicis vestris.* Verum tempus est, ut historias relinquendo prophanas, factas non nihil pervolvamus, incipiendo à relatione Evangelii à Chronista Matthæo conscripti.

10 Subnascatur in mente S. Petri difficultas quædam, quoties data occasione obligaretur suas inimico remittere & ignoscere injurias, ac proinde dubium hoc cum Magistro suo conferre decrevit, ut pulchram illius ab eo resolutionem reportare posset: *Domine*, inquit, *quoties peccabis in me frater meus & dimittam ei? usque septies?* Salvator autem ut adxquaret responderet, & magistralem circa propositum dubium ederet resolutionem, quandam præmittere voluit parabolam vel similitudinem, ideoque hunc fere in modum Petrum affatus fuit. Satis clarè ô Petre, video te ingenio sum valdeque in Theologia morali aliquid addiscendi, in eaque proficendi cupidus esse: Audi igitur quidnam quoad propositum dubium mea mihi mens suggerat, inquit Christus. Erat quidam servus, qui domino suo debebat decies mille talenta, quem Dominus ad

se vocatum rationes reddere villicationis, & debitum suum solvere jusfit, verum ætatum ejus vacuum omniaque pecunie inops erat, ac proinde humeros constringens, verbisque ad commiserationem promouentibus Dominum suum eo usque permovit, ut is totum ei debitum condonaverit: *Miserus est Dominus servi illius. Et omne debitum dimisit ei.* Hic igitur servus totus lætus & exultabundus à Domino suo recedens, dum fores Palatii egrederetur quendam è servis suis invenit, qui centum tantum denarios ei debebat, quem cœlestem violenter aggressus in terram conjecit, & genu pectori superimposito, manibus gulam ejus suffocare nititur, dicens: *Redde quod debes.* Misit hic servus vitæ suæ timens ad preces confugit, rogans eum, ut sibi compareretur neque enim se ullos adhuc recepisset denarios, quos tamen ut primum recepisset, ad extremum usque quadrantem se soluturum, eoque habendam esse patientiam: *Rogabas eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia redam tibi.* Ille autem furdus factus & inexcusable, ac proinde crudelitate & furore nimio præventus exaudire eum noluit: *Ille autem noluit & misit eum in carcerem donec redderet.* Quis hoc loco ô Auditores, non oblituscat? Servus enim hic universi debiti sui relaxationem à Domino suo impetraverat, & tamen à conservo suo tam instanter rogatus & deprecatus, adeo se ad commiserationem invitum exhibuit? Optimè ait Chrysostomus ibid. hom. 62. fol. 402. col. 1. *Vide inauditam servi crudelitatem, omni sero saevius in conservum insulsiat.* Et nõ obstante quod Dominus suus universum ei condonasset debitum: *Ille nihil horum cogitavit, nec rei suæ meminuit, nec ullo modo remisit.* Et tamen debitum, quo Dominus suo obstringebatur erat decem millium talentorum, eum tamen creditum conservum suum respiciens centum tantum denarios respiceret. Vade igitur tanta hæc animorum inter utrosque disparitas nascitur? Nolite mirari, Dominus etenim condonans Rex erat: *Simile est regnum calorum homini Regi, condonando ei se statui accommodatis, in quo est, facitque regiam quandam actionem & Regis instar operatur.* Quid etiam mirum, si alter actus exerceat crudelitatis maximè condonando; Ille enim servus est, homo vilis, abjecti & sordidi animi. Unde Chrysostomus qui eloquentiæ flumina in universam Dei Ecclesiam effudit, opportunè ait

ait: *Vide Domini charitatem, & servi crudelitatem*: hic pro decem millibus talentis, hic autem pro centum denariis; hic conservum, hic autem Dominum rogavit. Et hic quidem totalem absolutionem accepit, ille autem solum dilationem petiit, nec tamen hoc dedit.

11. Nescio, num aliquando modum observaveritis, quo S. Mattheus Evangelista Genealogiam textit Salvaronis. De omnibus etenim in ea contentis personis loquitur simpliciter, non vero eo modo, quo Davidis meminit, qui una vice Regis titulo est honoratus: Iesse autem genuit David Regem, David autem Rex genuit Salomonem. Nunquid plures alii ibidem nominantur, non minus quam David Reges fuerunt? Cur igitur non alii, sed solus David talis præcedentis titulo insignitur? Quamnam virtus vel bonitas in eo potius, quam in aliis est? Quod obsecro mihi obsecro, pro hujus quaestione resolutione, passum quendam in Regem hinc relatum, tibi namque dicitur, Saul filium suum esse Davidem in deserto Engaddi commorantem esse, qui proinde tria milia venatorum, lectissimumque militem seligens, cum in Davidi obviam procedit, ut occidat eum; iracundem de his offensam vindictam sumat, quas

12. Regis. In genealogia Davide nunquam receperat: Assuere ergo Saul tria milia electorum virorum, paravit ad invadendum David. Et viros ejus legitimos est autem Saul in speluncam quantum, in quam se paulo ante David subduxerat, in loci commilitones manum ferro admoverat, ut quod Deus cum ad Saulem miserat debeatam de eo sumeret vindictam: *Dirigant servi David ad eum: Ecce dies, de qua locutus est Dominus ad te: Ego tradam tibi inimicum tuum, ut facias ei sicut placuerit in oculis tuis*. Ipse vero misissim respondit: *Avertat Deus, ne similem in illi vindictam exerceam*. In id quod quos impedivit, ne manus suas ad arma adiret, illumque invadendo, morti eum miseret, prout jam facere decreverat. Audite modo quod sequitur, postquam Saul e spelunca egressus periculum advertit, in quo fuerat, & quo vitam salvando evaserat, dixit: *Nunc scio, quod certissimè regnatus sis, & habiturus in manna tua regnum Israel*. Quasi diceret: Ego, qui veni ut accedam de te vindictam sumerem, coronam Regiam amissurus sum; tu vero, qui vindictam, sine ulla diffi cultate de me sumere valeas, mihi remisisti, ad succedendum in diamate Regio te disposuisti, neque enim te

præterire potest regnum, qui Regiam profectò actionem hodie elicuisti. Regno exspoliatur Saul, tanquam homo vindicativus. David autem velut vindictæ inimicus, in ipsius throno & sepe sublimatur. Meritò igitur in genealogia Christi David tanquam is, qui inimico illatam injuriam remisit, instar Regis præ omnibus aliis, & coronato capite comparere debebat. *Hæc fere erit ratio* [inquit Paes] *cur in genealogia Christi, cum plerique, qui fuerunt Reges, nominentur, nullus tamen Rex appellatur, sed proprio vocatur nomine, solus tamen David dicitur Rex. Qui enim amicos & inimicos Regio complectebatur amore, & omnes indiscriminatum, ut sibi proximos diligebat, is meritò Rex & fuit, & dicitur. Ad hæc ex quo antecedente latro in cruce suspensus arguit, & deducit hanc consequentiam, quod Christus mundi & caelorum esset dominus? Nunquid ipsum in cruce abjectum & contemptum pendere videbat? Quomodo igitur illum Dominum suum confiteatur, dicens: *Memento mei Domine*? Nunquid ab omnibus derelictus, undique vulneratus & blasphematus erat, quomodo igitur Paradisi Regem esse deprædicat? Noli id mirari, si quidem hunc sibi de Christo conceptum formavit, quando hæc ab ipso in cruce profertur verba audivit: *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*. Ignoscit inimicis, & Patrem in super rogat, ne illam in eos vindictam exerceat, ecce antecedens, unde facilis formatur consequentia, quod valde nobilis sit dominus & Rex quidam coronatus: *Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum*. Ita exponit Theophylactus, dum ait: *Idcirco Christum Dominum ut Regem cognitum asseverat, quod libenti animo injurias hostibus condonarvit*.*

1. In memoriam o Auditores revocate, quod in Actibus Apostolorum luculenter scribitur, quod nimirum eo tempore, quo primæ Christianismi plantæ tot Martyrum sanguine irrigata, novella producere germina incipiebant, inops quoque Christi militiæ sub Crucis vexillo militare cepit; Saulus eorum, qui formidabile JESU nomen reverenter honorabant; factus crudelis inimicus, & persecutor truculentissimus, velut voracissimus lupus, mansueti Regis insidiator pessimus, simpliciumque columbarum accipiter rapacissimus, in semetipso experiebatur, quod sibi velut novello Titio à concepti contra Christianos furoris vulnere cor devoraretur.

Didac. de Celada in Tob. cap. 1. v. 24. s. 64. fol. 96. n. 3.

Paes in Corn super Epist. B. lac. Apost. c. 2. fol. 374.

Luc. 23.

Luc. 22.

Theophyl.

F

Handwritten notes on the right page, including "X" and "75".

Act. 9.

quandiu eundem furorem in perniciem & perditionem fidelium effundere non poterat; *Accepta igitur Epistola in Damascum, ut si quos invenisset huius via viros ac mulieres, vinculos duceret in Ierusalem.* Accepta autem hac expeditione, totus superbia & fastu tumidus, generosi equi dorsum conscendit, in quo oculi sanguinem colore exprimebant, terror spirabat ex gestibus, referebat in vultu horrorem, obtutu fulminabat, tonabat voce, scintillas vibrabat fitro, atque ad eos, qui eum sequebantur conversus, superbo fastu dicebat: Sequimini sine ulla formidine, o validi milites, urgete equos, eosque, puncturas in lateribus eorum duplicando, veloces ad cursum efficite, ut vix illis ad imprimenda in terra pulverem vestigia, tempus sufficiat: Nunquid videtis, quod caeli serenitas operibus nostris ardeat, nostrisque conatus benigne secundet? Non multum elabatur temporis, quin ad occidentium firmum occisi gemitum edent, & ad caecum ensium ictum luculum cadere videbitur vile ejus armentum, qui pro Dei filio sese passim jactat, nomen ejus suorum sanguine delebitur, supra quem viscera eorum natantia visum esse spero. Audite mihi jam video confundi inter semetipsa gentis gemitus & lamenta, dum sub furibundorum equorum pedibus jacebunt prostrata, atque ab iisdem conculcabuntur seminata cadavera. Agedum igitur, maesti animo litis, animosi bellatores, & in acie gladii micans hominis Gahlei reliquis formidinem incutite, & mortem pariter concitate, gladii quoque vestri e venarum canalibus sanguinis faciant leatunite rivus, nullus ictus in vanum cedat, nullus casus sit, vel irritus, oblidere, perire facite, occidite, vulnere, percutite, urgete, destruite, occidite, omnesque vires adhibete, nec dolis parcite. Verum enim verò, ecce ab improvviso aperti supremi caelestis aedificii transparentes cristalli, confestim serenissimae ejusdem lucis pluviam in terras effundunt, atque per spatiosos aëris campos integrum quandam flammescensium splendorum exercitum emittunt, qui oculos Sauli vulnerarunt, ut caecus confestim evaserit; unde ad hunc adeo improvvisum eventum generosus Sauli equus perterritus, recalcitrabat, seiforem suum in terras praecipitem agere molitur, non obtemperabat clamantium vocibus, laterum puncturas, tum extrinsecus

tes non curabat, coercens eum fraxum contemnebat & confringebat, & totaliter spumans exhorrescebat, adeo ut Saulus amissis oculorum lumine, cum aërius regere non valens, è sella ceciderit. Dumque in terram prostratus extra se omnino raptus jaceret, vox quaedam de caelo venit, vox quidem non supplicii, sed pietatis, non vindictae, sed veniae, dicens: *Saule, Saule, quid me persequeris?* Quamobrem tu gentem, & nomen meum opprimere moliris? Tunc forsitan furoris tui flammam, eorum, qui sub umbra mea secuti vivunt, sanguine extinguite moliris? Citò gressus tuos à praecipitis mali, ad semitas boni converitas, & salutes mortalium, & Sirenas oblivioni tradendo, deluper immortalem caelestis vitae coronam feliciter percipies; Temerarios deinceps deponas & desistas ausus, consilia & desideria tua aliò verutum; si haecenus brachio & ense tuo truculentum te exhibuisti sequacrum, seu discipulorum meorum persecutorem; deinceps lingua, calamo, & sanguine tuo eorum futuris eris intrepidus defensor, & veluti tuba sonora nomen meum à cunis Solis, ad ejusdem tumultum usque dilatabis. Saulus igitur recuperatis non nihil animi viribus, voci sibi loquenti, hincce verbis respondit: *Quis es Domine?* Verum o Paule, cuiusnam sunt voces illae, quas audis? Ignorae sunt mihi voces illae peritus. Quis est, qui loquitur tibi, nescio. Cui igitur respondes, similiter ignoro, quia neminem video: Verum, si neminem vides, ut ais, si loquentem tecum nescis, nec ullam ejus habes notitiam, cur eidem Domini titulum attribuis? Etenim ab aliquo petete quis sit, dum eum non cognoscimus, nihil in se mirum continet; ac verò ex quo eum Dominum vocas? vel illum novisti, vel certe temere valde loqueris. *Obreve verbum, sed plenum, sed vivum, sed efficax, sed dignum omni acceptione,* inquit sanctus Bernardus. Verum hinc ad sis, o Saule, & perge loqui, & propositae quaestiones rationem nobis redde, si vales. Cur Dominum vocas, quem nec novisti, nec vidisti unquam? Undenam eum Dominum esse arguis aut conjicis? Hinc viturum: Is enim, qui mihi loquitur, vehementi haecenus odio à me est infestatus; offendi enim, & persecutus sum eum usque ad mortem; unde merito agerimè ferro me debebat, gravissimamque de me vindictam

quodam sumere poterat, si volebat, & tamen non solum mihi ignoscit, & omnes offensas condonat, verum etiam in eharissimum sibi amicum eligit: ex quibus signis efficacissimè concludo, cum non vulgarem quandam pietatem, sed potius virum aliquem animo generosissimo præditum, & consequenter non pitebim aliquem, sed excellentissimum, sed maximum quemdam Dominum esse: Et ideo dicitur: *Unde Hugo: Hæc verba ad aurum regio conuictans, quam vis illum non cognouisset, dignum tamen regio titulo iudicavit.* Quod si post adductas historias, aliæque sententiae loca ite ponderata, dicatis, o Audientes! Nunquid penitus persuasi, victas dare maxis cogimini? Nunquid enervata est vestra ratio, quæ de debitis ignaviam quandam, & aliquid in lignum esse, si quis facile inimicitias ignoscit? At verò concipere mihi videtur cogitationes vestras: superest enim vobis, quod velut replicam obijciatis, nimirum quod iudicatis in eo, qui felle & sensu valet, non in omnino naturalis: videmus enim, quod serpentes, gylli, ne dicam canes, lupi & ursi, ex insiditu quodam naturæ, iis, qui contra illa animalia offendunt, dentes obverunt. Ac proinde respondeo, me hoc totum libenter admittite, imò hoc argumento omnium videri spirantium ora oculi posse. Dico enim, quod ex quo omnes fere bestiae in vindictam proclives sint, clarè satis convincatur, quod per vindictam erga inimicum excaecata, eoque ulciscit, bestialit potius, quam humanam. Unde Seneca: *Pusillus hominis est, qui morsu, repente mordentem, mures & formica, si nimum admoveris, ora convertunt; imbecilla si alio putant, si tangantur.*

11. Veram, inquies, quomodo ad hoc incitari poterò, ut in amico meo ignoscam, si ista mea adversum me & famam est oblocutus: quæcumque enim pessima, quæ de me confinguntur, potuit, liberè, & sine formidine effuturo, & ideo famam, & existimationem meam videri læsit. Audi ad id respondentem Seneca: *Male de te, inquit, loquuntur homines, sed mali: moverer si de me Marcus Cato, si Lælius Tappus, si alter Cato, si duo Scipiones ista loquerentur: nunc male displicere, laudari est. Et postea subiungit: Male de te loquuntur, bene nesciunt loqui, faciunt, non quod mereor, sed quod solent.* Adhæc igitur, quilibet es in odio obstinate, & pertinax in vindicta, liberas tibi adversarium

tuum te offendisse, concedo; verum audi sequens docti Mirandulani argumentum: *Aurum si iure, diligendus tibi ille est, qui fecit, non odio prosequendus. Habenda illi gratia, quia in te beneficiū consulit, non maleficium malitius est.* Postea verò subiungit: *Si iniuria, rogandum iterum restat, signorantia videlicet id fecit, aut malitia: si primum des, condonanda facilliter venia ob iniuriam delinquenti; si secundum, sibi ipsi imprimis damna intulit, quippe cum præter ævum iudicii, quæ illum manet vindictam; se ipsum etiam statim pœna affecti.* Ac proinde laocritus Augustinus cum Deo loquens dicebat: *Insuper namq; & ira isti est ut omnis inordinatus animus sit pœna sibi.* Postea verò concludit idem met Philosophus: *Quamobrem ad miserandum, compatiendumque potius, quam ad inferenda mala invitari debemus.* Verum siste, & aliud non minus efficaci argumentum patienter ausculta: Nunquid tu Deum offendisti? Omnino. Desideras ut noxa à te commissa tibi ignoscatur? quis dubitat. Tu igitur Deum aliquem offendisti; qui verò offendit, offendit hominem tantum, quanto igitur major est, quam intulisti, offensa, altera quam recepisti? Tu semel vel bis fuisti offensus, & contra verò centies & milies, omni die, omni horâ, omni momento Deum offendis; nisi ignoveris alteri, quod in te peccavit, eadem mensura remetietur tibi, tuque tibi ipsi, velut Iudex quidam, decernis sententiam, dicendo: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Audite S. Maximum hac de re hisce verbis egregie loquentem: *O quicumque ille es, ait, attendis quid tibi feceris homo, & non consideras, quid tu feceris Deo. Cum enim tu multo graviora in Deum peccata commiseris, quare non dimittis homini parum, ut tibi Deus dignetur dimittere multum? Verum enim verò, tu nullam Sanctis adhibes fidem, donec fecerint miracula. De S. Gregorio Papa legitur, quod sacrum Altare Millam pro Defuncto celebraturus accesserit, dumque Missæ illius Introitum, scilicet: *Requiem æternam*, diceret, vocem quandam audivit de celo delapsam, hoc veluti responsum edentem: *Non faciam; illusionem autem diabolicam esse credens, iteratò dixit: Requiem æternam, moxque simile subsecutum est cælestis responsum; profecutus nihilominus Missam, in Memento pro mortuis, Deum, ut statim animæ illius, pro qua celebrabat, sibi revelaret, instan-**

*Io. Frane. Picus Mirand. lib. de imaginat. fol. 101.*

*D. August.*

*Matth. 6.*

*Philippus Dix. loc. com. de amore inimic. fol. 7. col. 1. & 2.*

Handwritten notes in the right margin, including the word "X" and some illegible text.

ter rogavit: Cui Dominus: Ego vocem illam: Non faciam, deus quia damnatus est miser ille; Et ecce tibi rationem: Obmitemus, quas nec deponere, nec dimittere voluit. Pertinaciter igitur nunc inimicitias vestras continuate, vindictas vestras audacter exerceite, & lucrum, quod inde reportabitis, centium quoque vestrorum libro, si vultis, inscribite. Tandem vero tibi, o vindicative, impense compati cogor; Etenim quercus inveterata difficulter eradica- tur; tale est odium in corde tuo; ex quo igitur tantam adversum te evincere & lucrum non possum, pacifice tecum volo. Acquiesco igitur tibi, & permitto, ut odium, quo ardes, in corde tuo conservare, imò majoribus etiam in crementis illud adaugeat possis: E sine jam contentus. Veruntamen, ne causam adversum te agendam totaliter perdam, in hoc unico mihi quoque acquiescas, nimirum iram tuam & odium, quo inimicum tuum persecutis, aliò dicitur, illud que adversum duos alios inimicos tuos, & majores, & perniciosiores adhibeas, quorum unus peccatum est, alter vero est Damon, hos odisse potes, & pertinacissimè persequi ut que ad mortem. Veruntamen adhuc tibi satisfactum minimè esse video; deoque ut magis contentus recedas, totius tibi causæ victoriam libenter cedam; volo enim, & permitto, ut adversum inimicos tuos te obarmes, & vindictam adhibendo, victor contra illos evadas. Num amplius quid à me desideras? Cur putas in præsentis Evangelio, ubi agitur de dilectione inimici, pariter de elemosyna sermonem instituit? dicendo: Cum facis elemosynam, nesciat sinistra tua; per hoc nobis insinuat, quòd per elemosynam verè præliari & dimicare liceat, eandemque pauperibus erogando, inimicus vincatur. Audite Ecclesiasticum: Conclude elemosynam, & hæc pro te exorabit ab omni malo; id est, illa vos salvabit ab inimicorum vestrorum insidiis: & postea subjungit: Super scutum potentis, & super lanceam adversus inimicum tuum pugnabit. Illam igitur cum ad pauperum inopiam sublevandam, tum ad vestram propriam utilitatem libenter & liberaliter erogare.

Ecclesi. 29.

PARS SECUNDA.

14. **H**actenus de amore inimicorum locuti sumus, prout consilium in affectu cordis; do, prius hæsti, nunc insinuat ac parricide. cap. 14.

Ex

Ex hoc die inter nos amicitia incipiat; Imò Seneca dicitur dicit, quòd illum multis præcibus inuadentibus clarum & insignem fecerit, & honorant: Post hæc detulit uirò consularum, æque, quòd non auderet petere Ægyptus vice- Rex ad fratrum suorum pedes uilius est pro- litatus & genuflexus; & hæc ab his adeo di- gitum pallus fuerit p. ff. cutionem, hujus tamen & uentrem suar, nullam eis aliam vindi- cam intulerunt, quàm quòd illos dulciter frange amplexatus, & osculatus, colique uariis gratias & uerbis locupletatit; de quo pro- uerbia poetæ eleganter cecinit, dum ait:

*malo, & benefacere his, qui nos oderunt. Quàm ingens beneficium sit sanctissimum Altaris Sa- cramentum ad universalem Christianismi uti- litatem institutum, præ cæteris optimè decla- rat S. Augustinus, dicens: Deus cum sit omni- potens, plus dare non potuit, cum sit sapientissimus, plus dare non uoluit, cum sit diuissimus, plus dare non habuit; quòd autem maior est dignitas Sacramenti, tanto quoq; maior esse debet san- ctitas & puritas illud recipientis. Unde S. Pau- lus Corinthios monet, dicens: Probet autem se- ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat; totundè us declarando, quòd Quicumque manducauerit panem hunc, uel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini; imò minas minis, & pœnas pœnis ac- cumulando, ait: Qui autem manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Et tra- men ipsemet Dei Filius propriis manibus suis idipsum Judæ porrexit, tametsi diabolicam e- jus conscientiam probè satis nosset; Quòd si autem adeo indignus erat, cur illum ab hujus sanctissimi Sacramenti sumptione non repulit, sed potius sine ullo discrimine tam illos, qui boni, quàm hunc, qui pessimus erat, eodem ci- bavit & pavit? Utrique Christus preuidebat, Ju- dam inimicum suum eum traditum esse, & tamen minime conueniens esse iudicauit, illum hoc beneficio priuare, ut nos per hoc instruat & erudiat, ut non intermittamus benefacere il- lis, qui nobis non nisi mala, imò mortem ipsam machinantur. Docet idipsum Michaël ex Or- dine Minorum Obseruantium S. Francisci, di- cens: Quaritur, quare Christus corpus suum Iuda dederit. Respondetur, quòd hoc factum est à Do- mino, ut instrueret nos omnes, inimicis beneface- re, secundùm illud: Benefacite his, qui oderunt uos: Dominus enim cibans proditorem suum pro- pria carne, instruxit membra sua, quòd deberent benefacere inimicis.*

D. Augusti serm. 84.

1. Cor. 11.

Michaël de Meaco- lano, serm. 47. col. 1.

In me quid illi fecerint, non cogito, sed quòd beneficium facere Iosephum decet. Iosephus damnis damna Iosephus negat.

Multis scriptores sacri causam inquirunt, cur quædam manus IESUS Saluator uolens, illud in horto Gethsemani patiarit mira- culum, autem am serui illius perfectè sub- iocato. Ab ingeniorum autem uarietate nata est uarietas & multitudine opinionum. Aliqui uero hoc ipsum fecisse dicunt: Ad sua Diuini- tati manifestationem, cum impossibile sit, ser- uum illum adeo subito naturaliter sanari po- tuisse. Aliud factum esse existimant: Ad Iuda conuersionem, ut nimium Iudas aduerteret, quòd fuerat amicus a suo loco præcisa, uirtute sua subito potuit reuerti, ita quoque Iudas, qui membrum à corpore Collegii Apostolici præcillum, eadem uirtute, & per ueram pœni- tentiam reuerti potuerit, si uoluisset. Alii, Ad seruus discipulorum confirmationem. Quis enim non relapsus esset spiritus, aut factus non fuisset animosus, illam uidentem benefolenti- am, quàm erga impium exercebat. Verum tamen Cuiusdam Patheus in ea est opinione, hunc seruum, cui nomen Malchus erat, primum fu- isse, qui post datum à Iuda signum, Christum ualenter, quique in faciendis Saluatori insulti- bus, cæteris omnibus insolentior erat; ac pro- inde Petrus erga illum, non uerò alios irà com- motus fuit; ut nos exinde disceremus reddere bonum pro malo; beneficia confetto illis, qui nobis maleficia præstiterunt: Malchus, ut di- citur aliqui, primus in Christum manus sacrile- gas intulit. Et ideo non mirum si postius eum per- cussit Petrus, quàm quemcumque alium, ampu- tans auriculam eius dexteram. Et postea sub- iungit: In hoc instruit nos reddere bonum pro

15. Nullam ex omnibus, quæ in Christi Passione acciderunt actionibus, adeo uehe- menter admittor, quàm de vulnere lanceæ, quòd à Longiao post mortem accepit; ne- scio enim, an impietas aliqua magis barbara excogitari ualeat: Vnus militum lanceâ latus ejus aperuit, & continuò exiit sanguis & aqua. O crudelitas inaudita! æuire in mortuum, om- nem excedit tyrannidem; atque ideo quoniam is, qui hoc fecit, dignus fuisse supplicio exi- stimabitur: Nuaquid inferni ad crimen il- lud expiandum sufficient? videtur porro mihi

Handwritten notes on the right page, including the word "Medicab" and other illegible scribbles.



caelum adversus talem temeritatem iratum, eandem punire decrevisse, fulminis evibratione: vel etiam, quod terra mox ut ab hoc fero lateri Christi mortui inflicto est vulnus, voraginum suarum ora aperire voluerit, num ad actionis crudelitatem delinquenti improbandam, an vero ad eum vivo in corpore degentem deglutendum, ignoro. Verum enim vero, audite, si placet, qualem hic delinquens ex hoc facinore reportavit vindictam! Sanguis etenim Christi pretiosissimus à latere Christi egressus, & per lanceam sensim dimanans, manum Longini attingit, qui eadem manu oculum quandam ex cœcitate inutilem factum, inadvertenter attingens, potentiam visivam utramque, corporalem scilicet & spiritualemente recuperavit. O mirabilissime JESU crucifixe, quid facis? quid moliris? Ergone erga militem quandam tantam in demortuum corpustuum crudelitatem exercentem, adeo te pium & beneficentem exhibes? Ergone oculorum, mentis & corporis lucem ei restituis, qui vitam tibi (si illius compos fuisset) hac actione eriperetentavit? Longinus latus Salvatoris aperuit, [inquit sanctus Isidorus] *Et gustavit sanguinem Christi, cum esset aliter oculo privatus, illuminatus est extra, & in suis lumine fidei, & per Apostolos baptizatus, & post longum tempus Episcopatus honorem, & martyrii coronam meruit.* Idem quoque Petrus de Natalibus refert: Porro illuminatio isthæc usui nobis erit, ad illuminandam mentem nostram, ut cognoscere possimus, quam sit ingens malum, reddere malum pro malo, & quam e contra christiane legi & perfectioni conforme sit, bonum reddere illis, à quibus mala receperamus; Nos etenim Beatus noster Simon de Cassia monet, quod *Dilectio nescit in sua natura feriari, sed beneficiens & benefica est.* Veruntamen quidnam est, quod Salvator noster inimicum amanti, eidem que beneficienti promittit:

*Ut sis filii Patris vestri.* Eternus Pater unigenito filio suo per os David dixit: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* De quoniam autem hodie loquitur? Num forte de illo puncto eternitatis, quod est sine principio, sine futuro, sine præterito, quod est incomprehensibile, interminabile, infinitum, in quo Pater æternus per fecunditatem sui intellectus, semetipsum totaliter intelligendo, ei sine distinctione nature totam communicavit essentiam, substantiam, Divinitatem, sapientiam, immensitatem, omnipotentiam & æternitatem? aut de illo hodie loquitur, quod mensuratur tempore, quod principium habet & finem, præteritum & futurum, successione & durationem, quando inter inusitatos noctis splendoris est natus? Legitote Psalmum, sic enim quale hoc hodie fuerit, facile utique intelligetis: *Aspicerunt Reges terra contra Regem celi,* [inquit sanctus Athanasius] *Herodes & Pilatus, & Principes Sacerdotum Annas & Caiphas, convenerunt iaculata mente in unum pravorum consensum, adversus Dominum Deum Patrem, & adversus Christum unicum Messiam, eius filium.* Hodie igitur, cum te inimici tui persequuntur, tu te non solum non ulcisceris, sed hodie ignoscis, hodie cum tibi per insidias mortem moliantur, tu ad eos sanguine tuo pretiosissimo, redimendos te exponis; Hodie, cum illorum salutem procuras; Hodie, quando ex sanguine tuo, & humanitatis tue electuario inimicis tuis medicinam præparas; Hodie, inquam, genui te, hodie, inquam, te filium meum esse, testando declaravi: *Quando redemisti mundum, quando ad celi regnum vocasti, tunc probasti te esse filium meum,* inquit sanctus Augustinus. Quapropter *Diligite benefactores, ut sitis filii Patris vestri.* Et abite in pace.

D. Isidorus  
Anton. de  
Esob. tom.  
1. lib. 10.  
cap. 19.

Petrus de  
Natalib.  
in vita S.  
Longini.

B. Simon  
Cass. lib.  
10. cap. 23.